

ac in hisce rebus apprime versati, qui plura ex Aquensibus Tabulariis privatis, & publicis exscripserat, hujus B. Widonis decreti exemplar reperisse, ex quo præter plures ex jam antea recensitis, has quoque optimæ notæ variantes selegi. Col. 28. lin. 39. exorandi l. exorantes. 48. quarundam l. quorumdam. Col. 29. lin. 5. calumniare l. calumniari; ita corr. col. 30. lin. 2.

Lin. 10. detrimentum Ecclesiæ legitur detrimentum rerum Ecclesiæ, lin. 12. dedimus continenter 10 l. dedimus. continentur &c.

Lin. 14. Cæsaronia l. Cassaronia. lin. 17. concedimus l. contulimus. lin. 41. Demeciano l. De Meirano. Numquid Moirano? lin. 43. Septebrio l. Settebri, lin. 45. S. Stephani l. nomine S. Stephani. lin. 44. Trifobio l. Trexobio. lin. 49. medrius l. melricus. lin. 59. inconvulsum statuimus l. inconvulsum. Statuimus. Col. 30. lin. 14. scripsi l. subscripsi. Dolendum autem summopere deesse subscriptiones Laicorum, quas B. VVido autographo adjungi 20 curaverat.

Superfluum nunc esset meminisse hoc documentum jam a Malacarne editum l. c. pag. 237. Sufficit nonnullas ex eo excerpere lectiones, ut quisque cognoscat nil ex eo ad primigenium textum perfecte restituendum lucis expectari posse: specimen dabo. lin. 42. legit Christi. l. 49. bonum opus nostrum l. 54. nostris, l. 58. in quo. l. 59. situm est scilicet. col. 29. l. 14. Caperonia. l. 36. sequentes concessiones. l. 41. Ovilabo ecc. quam egregie!

MXLII. col. 30. n. 18. Contuli cum exemplari Turriano, a quo hæc accipe variantes: lin. 44. pradello legitur predello. pagario l. paganio. col. 31. lin. 19. post offerfionis addit quomodocumque. lin. 20. vel l. tunc. lin. 21. aut aliquam l. contra quam. lin. 26. hac l. &. lin. 31. qui l. quod præter istas, nonnulla menda annotabo, quæ utrobique irrepsunt.

Col. 30. lin. 26. in die 20. l. indictione X. lin. 32. pp. l. præsens præsentibus, lin. 49. post areis suarum adde ex Chartulario Alberti terris arabilibus, 40 pratis, gerbis, silvis, frascariis, & areis suarum (scilicet areis earum). lin. 55. istis l. infra scriptis, sed hic error frequens irrepsit.

MXLII. col. 31. n. 19. Hoc est primum, quod novi documentum, in quo diei mensis addatur & dies hebdomadæ eo anno concurrentis

MLII. col. 32. n. 20. Cum quatuor præ manibus haberem hujus diplomatis exemplaria, in textum recepi, quod in adversariis Turrii viri diligentis inveni additis aliorum variantibus ad ejusdem calcem. 50 At cum ejus autographum in Archivum Episcopale illatum hoc autumno videre mihi datum fuerit, eum hoc edito contuli, ac hæc lectiones cæteris omissis in textum inferendas esse deprehendi.

Col. 32. lin. 33. si rectis legitur si ratis. lin. 46. noxa l. nexu. lin. 56. Melaxo l. Melajo. lin. 58. Settebri l. Setebri. lin. 59. Groniardo l. Goniardo.

Col. 33. lin. 18. VII. Id l. VIII. id. lin. 19. TLII. l. TLII lin. 21. ordin. XXIII. imperi l. ordinatio- nis XXIII. Regni XIII. imperii VI.

Illud notandum in principio diplomati hoc signum appositum, quod Christi monogramma dicitur.



Idem repetitum videtur ante nomen Henricus. In fine vero sub linea Imperatoris augusti hoc aliud signum videbatur.



Secus vero Augusti & Opizonis subscriptionem hoc aliud addebatur monogramma.



MLV. col. 33. n. 21. Hoc documentum acceptum refero ab Archiep. Taurin. Viêt. Caj. Costa de Arignano nunc summa omnium lætitia a R. P. creato Cardinali Presbitero S. R. E., qui illud paucos ante annos, cum eum de hac re rogassem, ex autographo, quod in Tabulario Monasterii Savilianensis asservatur, exscribendum curavit. Fauste autem contigit, ut inter Terranei collectanea ejus quoque alterum exemplar nanciscerer, quod uti ipse gloriabatur a Comite Costa a S. Trinitate acceperat, qui ut ei rem gratam faceret, ab Abbate ejus Monasterii precibus impetraverat. Quod eo fine a me dictum volo, ut omnibus tantorum virorum in literas amorem, atque benevolentiam innotescat. Cum autem hæc duo a diversis scriptoribus prodierint, nil mirum si isti plura diversimode sint interpretati; ea inter se contuli, ac variantes omnes licet minoris momenti adnotavi, adjunctis correctionibus, ac explicationibus quibusdam, quas Terraneus inter textum lineolis incluserat ad rudis notarii errores emendandos, mentemque ejus clarius intelligendam. Variantes autem a correctionibus distinxerunt per earum literas initiales. col. 30. lin. 44. augustus var. augusto. 60 ibi nono die var. propicio nono, nono die. lin. 49. predicto var. predicti. lin. 53. etiam var. ex. lin. 54. subter var. subtus. lin. 55. quasi var. &. lin. 57. nulli unquam interesse corr. nullo unquam tempore.